





DE  
**MOLENDINORVM**  
SANCTITATE <sup>1730</sup>  
BREVITER DISSERIT <sup>1758, 16</sup>

INSIMVLQVE  
**PRAELECTIONES SVAS**  
PER INSTANS SEMESTRE AESTIVVM HABENDAS  
INDICAT  
**THEODOR. GEORG. GVILIELM.**  
**EMMINGHAVS**  
IVRIVM DOCTOR ET PROFESSOR PVBLICVS  
IN ACADEMIA IENENSI.



\* \* \* \* \*  
IENAE  
LITTERIS MARGGRAFIANIS  
CLO IO CC LVIII.

DE  
MOLLENDI NORM  
SANGUINATI  
BREVISSIMI DISSECTI  
INSTRUMENTA  
TRAJECTORIS SAS  
LVR INSTAVIS SEMESTRI AVITIAVM HABENDEVS  
THEODOR GEORG GALLIEWI  
EMMINGHAUS  
JAVIANUM DOCTOR ET LOGICUS MATRICAS  
IN AEGDAMIVI IENENSIS

EDITIONES MAGIS CORRECTARUM  
CLO 19 DECEMBRIS



DE

## MOLENDINORVM S A N C T I T A T E .



S. I.

BELLA privata, saidasque illas, quibus uni-versa fere olim devastabatur Germania, peculiarem certis quibusdam rebus ac locis sanctitatem conciliasse, hocque effecisse, ut singularis ipsis pax & securitas, quam sine graviori poena nemo violare auderet, publice constitueretur, haud quenquam, qui vel aliquam veteris reipublicæ patriæ notitiam sibi comparavit, ignorare existimo.

A 2

S. II.

III.

\* ( ° ) \*

§. II.

IN PRIMIS autem sanctitatem istam iis locis datam esse cognoscimus, quæ publicæ utilitatis aut necessitatis causa condita atque exstructa sunt, quorumque usū carere facile nemo potest; quæ & ipsa ab aliorum injuria defendi, ac sarta testa conservari, & quemvis in eis, tam personæ quam rerum suarum intuitu, ab omni vi injusta securum præstari, communis commodi ratio exigere vis̄a fuit.

§. III.

SINGULAS istorum locorum species jam enumerare libens supersedeo \*); de ea saltem sanctitate, qua molendina à majoribus nostris munita fuisse constat, quædam pro instituti mei ratione in medium prolaturus.

\*) Scire eas cupiens adeat MEVIVM Comment. ad Ius Lue  
bee, P. IV. Tit. XV. Art. II.

§. III.

NON vero nudiū demum tertius, sed ab antiquissi  
mis inde temporibus, sanctitatem hancce molendinis tribu-

isse

isſe Germanos, vel ex eo luculenter adparebit, quod veteres FRANCI graviori mulcta prosequuti sunt, quotquot ex molendino aut frumentum furto abstulerunt, aut rerum eo pertinentium quidquam surripuere. Ita enim præcipit L. SALICA \*): Si quis ingenuus in molino alieno annonam furaverit, ei cuius molinus eſt, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis judicetur. Ei vero, cuius annona eſt, simili- ter DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis judicetur, excepto capite & delatura. Si quis ferramentum de molino alieno furaverit, M DCCC. den. qui faciunt solidos XLV. culpa- bilis judicetur, excepto cap. & del.

\*) Tit. XXIII. §. I. II.

### S. V.

EIDEM respondet L. BAIUVARIORVM, \*) quæ molendina ædificiis publicis, quorum quippe aditus cuili- bet pateret, nominatum adnumerat, furtum in iis com- missum sacrilegio æquiparat, eodemque illud modo, ac si in templo patratum fuisset, puniri jubet, verbis: Et si in Ecclesia, vel infra curtem Ducis, vel in fabrica, vel

*IN MOLINO aliquid furaverit, ter niungeldum componat,  
hoc est ter novem reddat; quia iste quatuor domus CA-  
SÆ PVBLICAE sunt, & semper patentes.*

\*) Tit. VIII, Cap. II, §. I.

§. VI.

*Nec aliter judicarunt WISIGOTHI, dum cum, qui  
de instrumentis molaribus aliquid furatus fuerit, id pro-  
prietario non tantum restituere, insuperque, sicuti in  
aliis furtis, injuriam illatam certa pecunia summa com-  
ponere, verum & centrum flagellorum ictibus coerceri  
jussérunt, ita statuentes: \*) Si quis de molinis aliquid  
involaverit, quod furatum est restituat, & insuper com-  
ponat, sicut de aliis furtis lege tenetur, & extra hoc cen-  
trum flagella suscipiat.*

\*) L. WISIGOTH. Lib. VII, Tit. II, Cap. XII,

§. VII.

*NON solum autem in eos, qui ex molendino ali-  
quid surripuerint, sed in illos quoque, qui ipsum molen-  
dinum*

dinum effregerint, aut incendio aliove nefario facinore  
corruperint & destruxerint, severiorē poenam statuisse  
majores nostros, ex iisdem legibus antiquis cognoscere  
licet. Pertinet huc L. LANGOBARDORVM : \*) Si quis  
molinum alterius aſto animo incenderit, id eſt voluntarie,  
in triplum eum reſtituat, ſub aſtimatione pretii cum omni-  
bus, que intus cremata ſunt. Si quis molinum alterius  
ſcapellaverit, vel clauſuram ruperit ſine auſtoritate judicis,  
componat ſolidos XII. illi, cuius molinum eſſe invenitur. Et  
ſi judicem interpellaverit, & judeſx dilatarerit ipsam cauſam  
deliberare, aut licentiam dederit adverſe parti ipſum moli-  
num evertendi, componat ſolidos XX. L. WISIGOTHO-  
RVM : \*\*) Si quis molina violenter effregerit, quod fregit  
infra XXX. dies reparare cogatur, & inſuper XXX. ſolidos  
cogatur exſelvere. Quodſi inſra ſtatutum tempus non repa-  
raverit, alios XXX. ſolidos implere cogatur, & centum in-  
ſuper flagella uſcipiat. Eadem & de flaginis, que ſunt  
circa molina conuolſiones aquarum, praecepimus cuſtodiri.  
L. SALICA : \*\*\*) Si quis ſcluſam de farinario (i. e.

molen-

*molendino) alieno ruperit, DC. den. qui faciunt sol. XV.  
culpabilis judicetur.*

\*) Lib. I. Tit. XVIII. §. III. V.

\*\*) Lib. VIII. Tit. III. Cap. XXX.

\*\*\*) Tit. XXIII. §. III. Add. 10. HERING Tr. de molendinis  
*eorumque jure Qu. XXXVII.*

### §. VIII.

ITA veteres: quorum sententiam & subsequentis æta-  
tis comprobarunt posteri. Luculentum ejus testimonium  
nobis suppeditat IVS PROV. SVEVICVM, \*) molendinis jus  
potius præ aliis priyatorum ædibus diserte ita tribuens:  
*Dew mül hat auch pessere Recht, denn ander Huser.* Ea-  
que de caußä & Imperatores perpetuam illis pacem nomi-  
natim sancivisse, seu pristinam potius de non violandis iis  
legem renovasse, renovatamque stabilivisse, VTRVMQVE nos  
docet SPECVLVM: \*\*) Nun vernemmet den andern (vel,  
uti Speculum Saxonum habet, *den alten*) Fried, den Kay-  
serlicher Gewalt gesetzt und gestattet hat, mit williger Chur  
*in allen Teuischen Landen der Fürsten und weisen Meister,*

und

und ander weiser Leuth Rath, die in dem Lande waren, alle Tag und allezeit sollen haben Fried. — MÜHLEN — dīſſ soll alles ſteten Fried haben, ( und alle die darein oder darauf kommen, quod addit Speculator Saxo). Nec hoc ſigmentum ſaltim Speculatorum eſſe, probat Pax publica CAROLI IV. Imp. de A. c10 ccc li. \*\*\*). Wir wollen auch für allen Dingen, daß — MÜHLEN ſonderlichen Frieden haben, und daß die niemand angreiffe, leidige, noch beſchedige. Item Pax publica WENCESLAI Imp. de A. c10 ccc lxxxix. \*\*\*). Auch iſt gerecht worden, und wollen das vor allen Dingen, — daß alle — MÜHLEN — ſicher feyn und Fried haben ſollen.

\*) Cap. CLXXI. p. 291. edit. BERGER.

\*\*) SPEC. SVEV. Cap. CXCII. p. 290. ibid. SPEC. SAXON.

Lib. II. Art. LXVI.

\*\*\*) ap. LEHMANNVM Chron. Spir. Lib. VII. Cap. XLVII. p. m. 708.

\*\*\*\*) ap. EVND. Lib. VII. Cap. LXVIII. p. 759. Add. DATTE  
de pac. publ. Lib. I. Cap. XVI. n. 46. p. m. 124.

## §. VIII.

HAEC procul dubio quoque ratio est, quæ ejusdem  
ævi legislatores commovit, ut eos, qui ex molendinis  
furto quid abstulerint, latronum & sacrilegorum instar atro-  
cissima rotæ poena adfici juberent. Ita certe statuit IUS  
PROV. SAXONICVM \*) & ALAMANNICVM: \*\*) Alle Mör-  
der, und die den Pfug berauben, oder MÜHLEN, oder Kir-  
chen &c. die soll man alle radebrechen. Quæ verba, quam-  
vis interpres vulgo de frumenti furto, eoque violento,  
explicant, \*\*\*) de quovis indistincte furto, in molendino  
perpetrato, intelligenda esse, probare mihi videntur in-  
sequentia verba memorati textus I V R. PROV. ALAMAN-  
NICI: \*\*\*\*) Der in den Mühlen icht (i. e. quicquam) stih-  
let, das fünff Schilling wert ist, den soll man radbrechen;  
& porro alibi: \*\*\*\*\*) Wer in der Mühl Korn oder Mel-  
stilt vier Pfennig wert, man sol im Haut und Har absla-  
hen, und stilt er vier Schilling wert, und was er anders  
stilt dann Korn und Mehl, das soll man richten als hie vor  
geschrieben ist.

\*) Lib.

\*) Lib. II. Art. XIII.

\*\*) Cap. CXIV. §. III. p. 198. edit. BERGER.

\*\*\*) Vid. ZOREL ad cit. Art. XIII. Lib. II. not. i.) BEYER  
delin. jur. criminal. Art. CLXXI. Posit. XXII.

\*\*\*\*) d. c. CXIV. §. IV.

\*\*\*\*\*) Cap. CLXXV. p. 291. edit. BERGER.

XIX. MA (\*

XIX. MA (\*\*

§. X.

NEQVE vero pacis solummodo tempore, sed & inter armorum bellique strepitus, molendinorum securitati prospexerunt leges: cum alias inter arma filere dicantur. Etenim & milites ab eorundem eversione aut destructione, sine speciali ducis sui jussu, sub gravioris poenæ comminatione arcent: nullo servato discriminé, sive in hostico sive in alio deprehendantur loco. Facit hoc die REVTER-BESTALLVNG de A. c15 I9 LXX. \*): Item es soll auch keiner MÜHLEN - - es sey Freunden oder Feinden zuftändig, ohne Erlaubniß beschädigen oder zerbrechen - - - bey Leibes Strafe. Gui respondet der CHVRSÆCHS. ARTICVLVS-BRIEF de A. c15 I9 C.C. \*\*): Kirchen, Klüffer - -

enspehl

B 2

auch

auch MÜHLEN -- soll keiner weder in Freundes noch Feindes Land muthwillig und ohne Befehl verderben, verbrennen, und sonst verwüsten, -- denn wer hierinnen verbricht, der soll nach Erkenntniß des Rechts am Leben gestrafft werden.

\*) Art. LXIX.

\*\*) Art. XIX.

### §. XI.

Ex hac tenus deductis molendinorum sanctitatem, neminem non, quantum satis est, perspicere posse, arbitror. Quæ cum nec hodie illa lege sublata dici queat; qualitas autem loci simul & delictum in eo commissum atrocius, graviorique poena dignum, reddat; facile quoque erit ad cognoscendum, quævis delicta in molendinis patrata, quibus eorum simul violatur sanctitas, sive ipsum molendini ædificium, sive instrumenta molaria, sive personas ibidem versantes, harumve res, adficiant, adhuc hodie severiore poena coercenda esse. Etenim & nostræ reipublicæ interest, quemlibet loca ad communem omnium usum exstructa tuto frequent.

frequentare, eaque ipsa cum pertinentibus ad ista rebus a nefariis facinorosorum ausibus majori cura defendi, & in corrupta servari.

## §. XII.

Quibvs præstrūctis, nemo in disceptiōnē jure vobabit, quod v. c. 1) incendium molendino dolo molo patratum, 2) furtum, homicidium &c. in eo commissum, 3) vis & injuria personis illud, præsertim molendi causa, ingressis illata, 4) violenta molendini adscensio, effraſtio, & quævis malitiosa illius aut instrumentorum molendariorum corruptione, &c. poena, ordinariam excedente, vindicari debeat: quamvis ipſæ illæ poenarum species, in hujusmodi delicta olim constitutæ, moribus nostris fere exoleverint, nec Carolinam Nemesis alias in earum locum substitutas determinasse constet; ut itaque judicem solum analogiam juris hic attendere oporteat.

## §. XIII.

Hoc tamen concessam molendinis sanctitatem efficere, ut & immunitatem ab hospitiis militibus præbendis iisdem

B 3

tribuat,

tribuat, quod quidem Doctores vulgo contendunt, \*) nec-  
dum mihi persuadere possum: nisi specialis lex adsit, que,  
molentinorum possessores ab hoc onere immunes esse, no-  
minatim præcipiat \*\*). Sanctitas enim loci majorem solum-  
modo securitatem adversus aliorum injurias ipsi conciliat.  
Nemo autem metatorum onus pro injuria habebit: hinc  
nec solam molentinorum sanctitatem, sine peculiari pri-  
vilegio, molitores a metatis simpliciter liberare posse, mihi  
quidem indubium videtur.

\*) TABOR de metatis P. III. Cap. III. art. II. §. VII. LEISER

Iur. Georg. Lib. III. cap. XV. nr. 121.

\*\*) Quorsum pertinet Edit. Elect. Saxonie. de Anno  
1510 c xxxv. ap. LVNIG. Cod. August. Tom. I.  
pag. 1991.

SED filum hic abrumpere juvat, et cum a  
SERENISSIMIS SAXONIAE DVCIBVS  
CELSISSIMAE STIRPIS ERNESTINAE,  
HIVVS ACADEMIAE CONSERVATORI-  
BVS

BVS MVNIFICENTISSIMIS, DOMINIS  
MEIS LONGE CLEMENTISSIMIS, ju-  
ritum Professoris publici munus haud pridem gra-  
tiosissime mihi demandatum fuerit, quam insignem  
prorsus in me clementiam devotissima semper mente  
venerabor, piaque pro diutissima TANTORVM  
PRINCIPVM incolumentate vota quotidie nun-  
cupabo, paucis adhuc prælectiones, per instans  
semestre æstivum publice privatimque a me haben-  
das, indicare liceat. Supremi nimirum Numinis  
gratia clementer adspirante,

Publice Hora pomerid. IIII - V. singulis Lunæ Jovisque  
diebus *Jus Cambiale* ad filium HEINECCII;

Privatim Hora VIII - VIII. *Institutiones Juris Romani*  
duce eodem HEINECCIO;

Hora X - XI. *Jus Germanicum* privatum præ-  
eunte ENGAVIO;

Hora II - III. *Jus Criminale* ad duellum ejus-  
dem ENGAVII

docere mecum constitui.

QVIBVS

QVIBVS proinde recitationibus, quarum initium proxime e tabula publica significabo, ut generosissimi ac nobilissimi legitimarum disciplinarum cultores frequentes interesse haud dignari velint, ea, qua par est, observantia & humanitate rogo atque obtestor. Scrib. Ienæ d. x x x. Martii

CL CL CL CL



VERIS ACADEMIAE CONSERVATORIÆ  
HOC EST LIBER

**ULB Halle**  
006 669 409

3




107P





B.I.G.



DE  
MOLENDINORVM  
SANCTITATE  
BREVITER DISSESTIT

1758, 6  
930

INSIMVLQVE

PRAELECTIONES SVAS

PER INSTANS SEMESTRE AESTIVVM HABENDAS

INDICAT

THEODOR. GEORG. GUILIELM.  
EMMINGHAUS

IVRIVM DOCTOR ET PROFESSOR PUBLICVS  
IN ACADEMIA IENENSI.



IENAE  
LITTERIS MARGGRAFIANIS  
c/o I o cc LVIII.

